

Et misereſcit enim, deſperatq; ſalutis
Mir. ficas miſeris inuenit ipſe uias :
Et nos palantes ualidam traduxit in urbem,
Cuius & ipſe unus conditor, & uigil eſt.
At mihi conſternata malis, conſuſa metu mens
Cœperat incerta præcipitare fuga.
Cur, inquam, diuerſus abis, mala nec mea curas ?
Fallor, an auulſum proiecis ex oculis ?
Atq; ea uox audita paternum & miſe tuum cor
Perculit, & fregit mœſta querela animos.
Ergo fauetè omnes linguis, ſummiq; parentis
Ardeat haud fiſto peſtore uiuus amor,
Vos quibus erumpit mens miſis, & egra ferendo,
Propitio uiuit leta fauore Dei.
Si quis adhuc metus, inſeſtatq; inimica uirum uis,
Seruat amans fidus peſtora fida Deus.
Huic faciles laxate iras, namq; ipſe ſuperbos
Non expectatus uindicat exitijs.
Durate ergo animis, quibus huius prodiga uita.
Expectans Domini mens pia ſperat opem.
Durate, & reuocate nouum in præcordia robur,
Nunquam deceptis ſpes ea uana ſueta.

F I N I S.

Errata

C. 3. pag. 2. Ver. 1. de prima. le. anima
G. 2. pag. 2. V. 15. fagitati, leg. fatigati
G. 7. pag. 1. Ver. 14. verè, leg. uero etc.

AD

Germaniam

ORATIO

De præſentiſſimâ Calamitate
Turcicâ.

Authore

SALOMONE FRENCELIO
FRIDENTHAL, POETA CÆSA-
rio, & publico in illuſtri Academiâ
IULIA Philoſophiæ Mora-
lis Profefſore.

Ad calcem alia quædam hujus
Generis acceſſerunt.

VVITEBERGAE,

Typis M. Georgij Mulleri,

Anno ultima Chriſt. Militia

M, D, XCIV.

ILLVSTRISSIMO
PRINCIPI AC DOMINO
DOMINO FRIDERICO GVIL-
ELMO, Duci Saxoniae, Marchioni
Misniae, Landgravio Thuringiae,
Administratori Electoratus Sa-
xoniae, Domino meo
clementissimo.

Illustrissime Princeps FRI-
DERICE GVILIELME:
Quisquis fuit, qui aliquando ad-
firmavit, quod quatuor bonae
Matres pariant quatuor pessimos
Filios, nimirum

{ VERITAS ODIVM,
PROSPERITAS SVPERBIAM,
SECVRITAS PERICVLVM,
FAMILIARITAS CONTEMPTVM:
dixit (ita me Christus amet) & verè, & sapi-
enter. Postremam Matrem alio loco contem-
plandam relinquo. Primam libenter hinc inta-
ctam praeterirem, nisi ab eâ plusculum mihi,
non tamen minus liberaliter, metuerem. For-
sit enim omnia, in hac ipsâ Oratione meâ
Senatoriâ, quibusdam non arridebunt, vel
quia ipso Vero veriora. Sed odium improbo-
rum, est Amor bonorum. Verùm amabò me-

Matres in medio positas obiter duntaxat
hic intueamur. Etenim quis ibit inficias, ma-
ximam Germaniæ nostræ partem hastenus
omnium rerum successu, ac continuâ quadam
prosperitate floruisse? Hinc (Deum immor-
talem!) quantâ Superbia, quanta Insolentia
animos tam inferiorum quàm superiorum an-
niuersariâ quadâ Mutatione occupavit? quan-
tus luxus in victu & amictu enatus? Ex hoc
quid aliud mali promanare potuit, quàm Se-
curitas, & derestabilis illa ἀναρχία?

Iam quis, modò non emotæ mentis homo,
Periculorum magnitudinem & colluuiem,
quibus circumsepta est miserrima nostra Pa-
tria, miretur? Posteaquam enim crudelissi-
mus Christiani nominis Hostis (cujus nomen
pronunciare horresco) animadvertit, nostros
Germanos ex tam diuturno Pacis usu atque
usurâ, quæ aurea Pax omnis felicitatis fons
erat, penè oblitos esse, quid sit Hostis? quid
bellum? manus ille suas, quas benignissimus
Pater cœlestis sive bono nostro fato, sive ma-
lo, ipsi aliquandiu constrinxerat, furiosâ vi
dissolvit, Exercitum hofrendæ multitudinis
coëgit, arma arripuit, & Christiano sanguini
jam jam infixit, minas de die in diem spirans,
bellumq; aliud ex alio denuncians. Ah infel-
lix Mater Prosperitas! ah infelix Securitas!
Vix in præsentiori periculo unquam constitu-
ti fuimus, Res profectò serio agitur,

Atq;

Atq; id ut accuratiùs nostri homines apud
animos suos pensitent, sperabam aliquem
futurum, qui magnitudinem Rei Scripto ex-
plicaret, animos pios ad saluarem considera-
tionem, ardentem divini Numinis Invocatio-
nem, & seriam Pœnitentiam excitaret. quid
enim verat calamo designare, quod gladio
transigendum est? Sed non despero, unum in
tantâ Doctorum virorum copia inventum iri,
qui hoc Pietatis officium subeat, sustineatq;.

Interea tamen neq; mihi Christiani Poëtæ
partes defugiendas existimavi, tum quòd in
spem venirem, operæ me facturum precium,
Rem omnibus Bonis, præsertim quibus inge-
nioli mei studia jam antè utcunq; innotue-
runt, DEO verò cum primis gratâ: tum quòd
ad hanc operam ocium suppeteret VVITE-
BERGÆ, ubi præter omnem meam exspe-
ctationem operis Typographicis inhærere ne-
cesse habebam.

Confeci igitur, quicquid est Poëmatis,
nescio quâ Minervâ, bono certè studio. Nec
confeci saltem; verùm etiam publicè ex Ca-
thedrà in frequentissimo Auditorum concur-
su ibidem recitavi, prorsus nullo alio fine, nisi
ut piis motibus in animis Adolescentum susci-
tatis arma Ecclesiæ concitarem. Vix pedem
Cortinâ extuleram, cum me plurimi ex Audi-
toribus editionem recitari Poëmatis unicè po-
scerent. Promissionem feci, re ad breve tem-
pus dilatâ,

A 3

Pro-

Progressus in itinere instituto eum Hel-
mradium pervenisse, atque ita res se daret, ut
aliquid publice dicendum esset, nec aliud in
tantâ temporis angustia, præter hanc Orati-
unculam ad manus haberem, eandem in ple-
no confesso protuli; idque eò cupidius, quò ma-
gis necessarium judicavi, præsentem calami-
tatem non in duabus, sed omnibus Academiis
Juventuti ob oculos ponendam esse. Com-
munis enim periculi cogitatio non tantum il-
lis suscipienda est, qui ad clavum sedent:
verum etiam, qui in id dies noctesque in
Scholis incumbunt, ut aliquando ad rerum
gubernacula adhibeantur, vel alia opera Chri-
stianæ Reipublice fidem suam probent. Vix di-
xeram, cum idem mihi (quod non ambiciosè
intellectum, sed in gloriam DEI dictum vo-
lo) in ipsâ illustri Academiâ IVLIA accidit,
quod in priori, ut nemo non etiam ex primis
Subsellis esset, qui non typos publicos car-
mini nostro singulari quadam animi contem-
platione decerneret. Neque hic tantum; sed etiam
quidam primi nominis in Aulâ Reverendiss.
& Illustriss. Principis HENR. IULII postulari
Episcopi Halberstadiensis, Ducis Brunsv. &
Lunæb. &c. Domini mei clementissimi.

Vt igitur tot consiliis & Admonitionibus
maorem gererem, vel una me persuasit Pietas.
Persuasio alterum erat, quod deliberandum
esse dabat, ut de aliquo potenti Patrono caute

dispicere

dispicerem, cujus Autoritas Musam meam
pro purâ VERITATE pura verba facien-
tem adversus Calumniantium morsus & pro-
tervitatem tueretur. In cujus equidem rei de-
 liberatione TV primùm, illustrissime Prin-
ceps, in mentem mihi veniebas, sed & simul
clementissimus meus Dominus Dux HEN-
RICVS IVLIVS. Vnâ fideiâ duos pa-
rietes dealbandos illiberale duxi: ac proinde
tuo sublimi Nomini hoc meum quaecunque
Poëma inscribendum consecrandumque statui:
non quòd ex tantis Principibus alterum alte-
ri præferendum putarem (inter Bonos enim
& amabilis & admirabilis æqualitas) sed
quòd jam nominatissimi Ducis HENRICI
IULII Patrocinium & summam gratiam li-
beralibus studiis affectus fuisset; tuam au-
tem etiam atque etiam vehementer consecrarem;
non temerè, non sordidè: sed quòd Musis hæc
temporum iniquitate laborantibus satis multi
Mecænes acquiri non posse sat bene intelli-
gerem, ac præterea illius heroicæ vocis me-
mor essem:

Principibus placuisse viris non ultima laus est.

Accipe igitur, generosissime Princeps, Stre-
næ loco, Scriptum meum, quod in Academiâ
clarissimâ, cujus tu Tutor, aut ut rectius dicâ,
Pater es, mihi natum fuit: atque ita accipe, ut
intelligam, gratam tibi esse operam, quæ Rei-
publicæ Christianæ Saluti, & divinarum lau-
dum amplificationi impenditur. Scriptum

Scripsi de Re gravi & summi momenti, si non satis graviter; tamen (uti sperare jubeor) non impie: nec saltem in loco; verum omnino, teste Experientia, ἡ καὶ κερῶ. Converti orationem omnem ad Meam Germaniam, cujus tu, PRINCEPS, ornamentū es & Præsidium non ultimum; imò verò Membrum nobilissimum, quod sacratissimū Caput tam impensè quàm merito amat. Utinam stylus meus non sit impotens: utinam, quod opto, quod hortor, quod precor, mei Germani dent effectum! De quo dubitare, sanè mihi est Religio. habent enim vestigia Majorum suorum, habent nervos, neq; dum vel laudem vel animū omnino amiserunt: sed possunt illud etiam de se jactare: τὸ ἔσθ' ἢ γένος ἔσμεν: non poterunt, si nolent. Stulti est Compedes suas quamvis aureas amare. Viderint illi, quas compedes objiciat illud λιθικὸν θηρίον, ille blasphemus & abjuratus nostri Servatoris hostis, truculentus Turca, ut tandem invifum nomen invitus proferam.

Misereatur nostri Dominus IESVS noster, noster I M M A N V E L. Huic Te, Princeps excellentissime, universamq; Germaniam nostram toto pectore commendo, annumq; hunc ingredientem novum, felicem, tranquillum & victoriosum precor.

Quod reliquum est, eà quæ par est animi submissione abs te peto, ut STRENVLAM hanc

hanc meam pro innatâ tuâ Bonitate æquibonique consulas. Bene & feliciter vale. Dabuntur VVOLFERYTI in castro Principis mei clementissimi, XIV. Calend. Ian. Anno ultimæ patientiæ M. D. XCIV.

CEL. T.

deditissimus

Sal. Frencelius.

A 5

RECTOR

RECTOR ACADEMIÆ
VVITEBERGENSIS, ANDREAS
SCHATO, MEDICINÆ

VIXX. Doctor Ac Professor.

NON vanis Vulgi rumoribus, sed Nutri-
tiis & literis fidedignis morum ad nos
perfertur, blasphemam ac inmanem
Gentem Turcicam uniuersas suas vires coge-
re in Pannonia, penè jam consummâ, ut Ty-
rannidis fines propaget, & vicinis Gentibus,
ac toti Germaniæ formidinem ac metum in-
cutiat. Quam autem terribile, & cunctis Gen-
tibus formidabile sit regnum Mahometicum,
intelligi potest ex continuo cursu victoriarum,
quibus florentissima regna & Ecclesias
tristissimo iugo seruitutis miserrimæ, annis
ab hinc circiter ducentis subdidit. Et est in
recenti memoriâ vastitas Ecclesiarum horribi-
lis, qualis hoc anno in Croätia facta est, ac
etiamnum fit, trucidaris multis hominum mil-
libus, multò pluribus in captiuitatem ipsa
morte tristioiorem adductis. In tanto totius Or-
bis Christiani periculo, qui suis cupiditatibus
securè prophanèq; indulgere possunt, illi qua-
dam animi cæcitate & amentia non intelli-
gunt, vel non considerant, quid sibi, quid suis,
exiguo temporis intervallo accidere possit, si
(quod omen Deus in hostes suos convertat.)

fusi fugatiq; essent, qui nunc pro dulcissimâ
Patria nostra Germania, stant in excubiis, &
suorum corporum oppositu, sæuissimorum
hostium irruptiones, immanes cædes, terribi-
lia incendia, à pagis, vicis, aut Urbibus aver-
tunt. Quam exigua nostra sit, hac temporis ini-
quitate, ad Turcicam collata Potentia, res ipsa
loquitur, & commemoratio grata audientibus
esse non potest. Cùm autem dubium non sit,
puniri hoc tanquam Flagello Dei, cùm alia
omnium gentium peccata & Idola, tum verò
Blasphemias, quæ omni tempore in Filium
Dei sparguntur, excitati securitatis veterno,
pia vota non fectis gemitibus, sed corde humi-
li & tremante sermones diuinos assiduè con-
cipiamus, & in constanti emendationis vitæ
proposito certò speremus, nos depulsionem
earum tempestatum impetraturos, quæ indu-
bitatis ingentis iræ Dei argumentis hæcenus
denunciatæ, paullatim ad nos propiùs advol-
vuntur, & mutationem fatalem Europæ hor-
rendis Religionum & Imperiorum confusio-
nibus minitantur.

Ad hanc Curam seriarum precum ut se &
alios excitarèt Vir ornatissimus, Poëta eximi-
us, SALOMON FRENCELIVS,
cùm aliquandiu operarum Typographicarum
caussa apud nos substitisset, carmine complex^o
est pauca quædam, quæ in hoc periculosissimo
rerum statu, piis & sapientibus in mentem ve-
nire

nire possunt & debent: eaq; cras publicè recitare constituit, horà pomeridianà PRIMÀ, in Auditorio maximo. Etsi autem non dubitamus, omnes studiorum nostrorum intelligentes, & divinæ Poëtarum Musicæ amantes, sua sponte ad audiendum præstantem Poëtam conventuros esse, ut significatio hæc nostra sufficere possit ad congregandam honestam Scholasticorum frequentiam & cæterorum, qui in hac Academiâ nobiscum degunt: Oramus tamen & hortamur uniuersos, ut indicato tempore & loco studiose conueniant, & hunc etiam honorem habeant Viro & Poëtæ optimo, qui Academiæ nostræ nomen libenter dedit, et hoc modo, quàm præclara ipsi de nostrâ Republicâ scholasticâ sit existimatio, ostendere voluit, ac cætui nostro doctentium & discipulorum innotescere honorificum sibi duxit. Est autem promptum cuilibet, ex iis versibus, qui editi extant tam in hoc genere, quàm in aliis argumentis, publicèq; leguntur hujus Poëtæ, statuere, quale operæ precium nunc etiam audiendò facturus videatur. PP. XXIII. Novemb. Anno Redemtionis nostræ M. D. XCIII.

Suo

Suo inter candidos amicissimo
SAL. FRENCELIO
Poëtæ Cæs. &c.

Communem Patriam ad vim Thracicam
virtute & armis coercendam
παρὰλυεῖν.

Armata est PALLAS, quidni sibi vendicet Arma?

Nata IOVE: ergo sibi Carmina Diva sacrat.
Carmina & arma sibi junctim sacrat ergo canente
Frencelio, siunt hinc duo Sacra DEÆ.

αὐτοῦ ἐδ' ἴωσ.

Oligerus G. Filius Rosencranz
Nobilis Danus.

IN ORATIONEM D. FRENCELII
de Rebus Turcicis.

Vidit ut hunc Vatis Mavors pro Rege laborem,
Intrepido Authori murmure vocis ait:
Fortibus ut tenues acuuntur, Cotibus enses,
Sic tua vox acuit Martia corda sono.
Fallor? an est vobis Suada obsequiosa Poëta?
In Labris Peitho sic sedet illa tuis.

ALIVD.

Dum nova Turcarum meditamus bella Tyranno,
FRENCELIVS lituos carminis inflat ope.
Arrigat

Arrigat attentas huc turba TPISCONIS aures
Sectari audaci classica Marte decet.

ALIVD.

Sunt tria, quæ frangunt hostiles robora vires
Arma, Preces, animi consiliumq; sagax.
Arma Duces capiant, det provida iussa Tribunali
Verba domi Vates cum prece juncta sonent.
Singula si nequeant, coniuncta ferire Tyrannos,
Et poterunt pavidos vi superare Getas.
De tribus ergo tibi quod convenit, exere Vates,
Et mihi Tyrtæus Martius alter eris.

Vdalricus à Schaff, cognomento Gotfch,
à Kinast & Greifenstein in
Boberstein.

Ad Eundem.

Quis precipites Odrysijs, truces, tyrannas
Hastasq; sagittasq; & acinaces latronis
Horrenda negat, quis negat esse vindicanda?
Veruntamen horrentia vindicat quis arma?
Quis non potius mandragora merum quadrantat
Hauisise, & in utrumq; oculum & videtur aurem
Indulgere avidè sibi quicquid est veterni?
Quò FRENCELI ADE melius facis, Camænarum
Inflare potens qui litui vicem tubæq;
Passim ingemias ADVIGILAT E-plura nullus
Cui succino, ne scabere mutuum audiamus.

Adamus Th. Adami
F. Siberus.

IN

IN EANDEM PARÆNESIN.

Arma virūq; cics contra atra tonitrua TVRCÆ,
Germanosq; tuo Carmine in arma vocas
FRENCELI Aonidum DVX Laurifer: ite Viri, arma
Sumite, ferte hastas, tela, facem, atq; globos.
Pegaseo en investus Equo pernicibus alis,
Carmine fatidico Laurifer ipse prait.
Quadrupedante metro prait, pede ponè sequendū est
Quadrupedante, et Equum ponè sequantur Equi.
Artem sectetur Mars, carmen ut arma sequantur
Sit precor auspiciū Martis & Artis idem.
Si tam magna acies, tam splendida, tamq; sonora,
Tam gravis, apposito tamq; reposta loco,
Quæ tua FRENCELI sūt carmina: Spero Triumphos
TVRCA fuge: hic agitur Martis et Artis opus.

M. Daniel Cramerus Professor
extra ordinarius VViteb.

IN EANDEM.


Minus in Turcam PRECE Teutonius, Vngarū
ARMIS
Cominus, instructu pugnat uterq; bono.
Classica FRENCELIVS generoso Carmine pulsas
Hæc facit officium nonnè Poëta suum?

Frid. Taubmanus.

SVA

SVÆ
GERMANIÆ
VNIVERSÆ

TOTVS FRENCELIVS
SALVTEM ET MELIO-
REM MENTEM.



Lloquar, an scilicet sed caram ante
omnia Matrem
Affari res nulla vetat. **GERM A-**
NIA rerum
O Domina, ô mea Gens, dulcissima
Patria, vocem

Ad te converto: liceat mihi vera profari.

ECQUID AGIS? tunc es capta auribus, or-
baq; prorsus

Omni oculorum acie? tene omni amentia sensu
Privavit & quæ fata tuos horrenda penates
Circumstent, nullâ advertis ratione? nec audis,
Nec miseranda vides, in qualia tempora jam nunc
Incideris? sunt hæc demum, Germania, sunt hæc
Tempora, quæ quondam divorum oracula *Vatuum*
Enthea funestis Eventibus assignarunt.
Sunt hæc, quæ duplici metuendos Cæde Tyrannos
Attribuere duos. *Vnum*, qui vertere fundo
Auderet Superum Decreta, & sacra prophanis
Miscere, atq; adeo insanis conatibus ipsum

Deturbare

Deturbare throno Christum, tum figere turpi
Ambiguas precio, precioq; refrigere leges:
ALTERVM, in innocui qui mēbra imbellia Christi
Milite saviret rabido & furialibus armis.
Illi **ANTICHRISTO** dira execrabile vocis
Nomen inest: quod sit Christo contrarius ipsi:
Hic infandum, atrox, & formidabile **TURCÆ**
Iam pridem usurpat. gemino sic robore, finem
Impendere videns mundo, trux Ianitor Orci
Impetit, & sacrum quassat crudeliter agmen
Christigenū. atq; eheu quæ nō vis effera **TURCAE** este?

Non ego jam longā deducam ab origine Gentem
Illius: ante oculos saltem, ô Germania, ponam
Cara tibi (quoniam tu lumine capta videris)
Præsentes nimirum heu præsentes undiq; clades.

Hic Ducis est Stygij furor ultimus ille, Flagellū
Vindicis ab immane Dæi, supremaq; terræ
Pœna fatihiscenti. nullus toto orbe Tyrannus
Sævitiâ hoc Monstro feriosem exercuit unquam.
Nec mirum: è parvis valida incrementa repente
Principis cepit. mox ipso in limine regni
SARRACENORUM sua sub juga colla coëgit.
Dein quoq; Romanum miris successib. audax
Imperium invasit. quin illum cæde madentem
Triginta annorum spacio pars optima Mundi
Victorē experta est: **ARABVM** Gens nigra, Deorū
Prodigiosa parens **AEGYPTVS**, odoraq; tellus
PHOENICVM, **SYRIA** arripotēs, Danæia **PERSIS**,
Ipsa **PALÆSTINÆ**, & Regio cultissima sancta.

B

Hic

Hinc ille imperio tria florentissima vasto (centis)
Regna premit: populosâ ASIAM, MEMPHIMQ; ferâ
HELLADAQ;, Europæ quâ traxit ab ubere Matris.
Iamq; præpè in medio Romani hæc Belua regni
CÆSARIS atq; adeo (ô Pudor!) in penetralibus
AVSONII sedem fixit, quâ littora lambit (ipsis
Thracius equoreis Bizantia Bosphorus undis:
Nunc mare, nunc terras omni dititione fatigat.

Quid vetera evolvam? quid de Chaledone castrâ
Conquerar? in insectâ præsens, in PANNONIS oras
Vertantur Mens atq; oculi. fortissimus ille,
Cujus honoratum nomen famamq; tacebit
Nulla ætas, rapido circum undiq; fusus ab hoste
Postquam succubuit MATHIAS, ô Patria, quæ non
Firma Pharetratus tibi præpugnacula Latro
Eripuit? cujus nunc BUDA, & flebilis ALBA est?
Cætera quem Dominum metuunt, quæ non ita nuper
Nostra fuere? ab quid juvat hoc dixisse, fuerunt?

Quid verò? an casu, an tantas Virtute gerit res
Tam mala Colluvies? forsitan non illa meretur
(VIRTUTI FORTUNA COMES) Sententia laudem
Integramq; fidem? namq; hujus sæpius illa
Defraudata operâ, quasi vento, turbine rerum
Iactatur vario, trepidoq; per avia cursu
Circumagitur. sic fit tamen, ut fortuna laborem
Virtuti eliciat, conaminaq; ardua dextro
Prosperet Eventu. CRASSI hæc incensa Cupido est
Pronaq; Credulitas in Spem, nomenq; Decusq;
PARTHORUM, hæc animû audacè, rabièq; TERENCE
Impulit.

Impulit, ut caperet sua Nutrimenta relapsus
ANNIBAL. hæc eadem magni Virtute Camilli
SCIPIADVMQ; acri vi, Marcelliq; ferocis
Contudit infestos Romani nominis hostes.

Sic MAHUMETIGENAS animavit ad extera que-
Prælia, sic crebris auxilii fortuna Triumphis (vis
Nostram in perniciem: sic vires viribus ultro
Addidit, ut minimè vulgaribus arma Manipulis
Turcica jam liceat infringere, robore belli
Verùm exquisitè sit opus, florente cæterâ,
Et veterum virtute Lucum, inprimisq; supremi
Numinis auxilio manifestò, atq; auspice dextrâ.

Non solum verò (pudet æternùmq; pudebit)
Hoc furiale Genus fortuna animavit, eoq;
Provexit: quin nos ipsi hunc instruximus hostem
Viribus & nervis: nostra illum armavit & auxit
Seminies. cum se bella ad Germanica primum
Accinxit, propiusq; gradum propiusq; per nates
Ad nostros grassando tulit, quem terruit ille?
Quem saltem movit? nova quisq; pericula vidit,
Ciadem adventantem, tempestantemq; procellas:
Sed qui alios peterent casus, quæ facta, monordit
Nullum cura vomit. postquam læcerata fuisset
Dalmatia, accisusq; ingens Exercitus omni
Regis ab auxilio deserit, quis tamen usquam
Adverit tua Sceptra per Germania? postquam
Cinxisset durâ validam obsidione VIENNAM
Turca fremens, omnes cum ferro igniq; fuisset
Depopulatus agros, cum cæcibus curia quæq;

Fecisset, stupris Matres, tenerasq. Puellas,
Iamq. illum reducem sua Thracia Marte secundo
Atq. gradu lento prædâ excepisset onustum;
Finitimos equidem formidine perculit horror,
Pòst etiam serpendo alios; sed clade recenti,
Primum omnes trepidare metu, dein pendere flood
Quicquid erat gestum, pervasit opinio multos,
His fore contentum & saturum successibus hostem
Credebat tum nemo, tot oppida capta, novisq.
Præsidii firmata novi quid habere pericli,
Mania quòd nondum sua vis inimica feriret.
Non deerant, quorum vox inconsulta palato
Excideret: retro vestigia longa tulisse
Hostem jam bello fessum, neq. posse recursum
Tam citò moliri, sed quàm procul ille latendo
Absuerit, paucis docuit pòst Exitus annis,
Pannonia infestis iterum cum ferrea telis
Horruit, & misero maduerunt sanguine campi.

Pòst ubi paullatim progressus fecit, & omnem
Gentem illam involuit bello, excidiisq. petivit,
Quid factum à nobis tot jam labentibus annis
Huc usq. ? he! turpe est ignominiosa fateri?
Plaustra querelarum passim conveximus omnes,
Vocibus in pugnam properatum, haud fortib. armis:
Verum verberibus, non verbis, sternitur hostis.

Iam TURCA ad nostros fixit tentoria fines:
Non, veluti nunc est, nobis vicinior unquam
Ille fuit, neq. enim laxis moderatur habenis
Militiam, aut populum residem: instaurata reviviscit
Prælia

Prælia continuo: se prædâ accingit in horas
In momenta nova: studiis asperrima belli
Gens ipsi est, facilisq. cibi, toleransq. laborum,
Quæ totam ætatem ferro terit, aspera ut olim
Spicula non tantum vibrare parata, sed omne
Armorum tractare genus; non impigra glandes
Spargere, & absq. morâ liquefacto corpora plumbo
Dividere. est animis assueta ignavia nostris
Torporem invehit: nec nos virtutis avita
Oblitos præsens aut postera fama pudore
Adscit ingenuo: cunctamur Fratribus ipso
Mortis in articulo, summo in discrimine vitæ
Ferre pedem nostris: imò intestina fovemus
Ipsi odia, & vel clam, vel consuetamur aperto
Marte, quasi externis sit nulla potentia terris.
Ira iram inflammat: dubio certatur amore,
Idq. hodie est artis, positumq. in laude: feroci
Vindictâ ignescunt nobis præcordia, sanctam
Pacem averfamur, pede calcamusq. scelesto.
Hinc privata trahunt, ceu telam, publica damna:
Cuncta gerendarum momenta ita commoda rerum
Diffluitant: sumtus vanum impenduntur in usum,
Atq. ita triste tuas sensim, Germania, vires
Comminuit fatum, & corrupti insania seculi,
Morum nulla magis stat disciplina bonorum,
Nec magis, ut quondam infami turpissima probro
Crimina, quin etiam laudi ducuntur. ô ætas!
Luxum non olim nostri didicere parentes,
Sed quantam hic hodie nobis deglucit opum vim?
Quo poterit sumtu communem lectus in hostem

Miles ali, muniri urbes, & castra locari,
Hunc unâ vel cæna vorat Sibaritica nocte,
Vel vestis mirè monstrosa, vel Indica gemma.

O Iuvenes utinam nostri, quorum acria Mavorum
Pectora devinxit sibi, contra nominis hostem,
Christe, tui induerent votis melioribus arma,
Sapius exuerent fatis melioribus arma,
Aut mortem oppeterent maj. ri laude decoram.
At nos in nostros sævimus sponte penates,
Mutuaq; infligunt sibi vulnera corporis artus
Unius, inq; cepit conjunctis viribus ipsam
Impete pugnaur cæco, intensoq; furore,
Mole Gygantæa, & conatibus vndiq; Vanis.
Germanæ si flos Gentis, virtusq; virorum,
Communem nervi si conferrentur in hostem,
(Quem florem, quam virtutem, quos deniq; nervos
Nostros demetimus campis, & robore nostro
Aterimus, stultoq; aliorum impendimus ausu
In laudes, gratosq; usus) non barbara qui quam
Arma timeremus: non effrenata libido
Finibus heu nostris nimum Vicina Tyrannis
Ottomanni genitum tanta incrementa parasset
Usq; sibi: quid si iam pridem passa fuisset
Fraudibus ipsa suis, nostrâ & virtute ruinam
Sed, que titillent nos pulpamenta, videmus?
Hei secura quies oculis velamen apertis
Infame obducit; quodq; haud immatius ullum
Prætextu scelus est; pro RELIGIONE videtur
Omnia nunc volumus, non pro REGIONE, subire.

Vna sed omnigenum est certissima causa malorum.
Prob quam ridiculè (si fas est vera fateri)
Hactenus à multis sunt pleraq; gesta Magistris
Militia! invito minor est prudentia fato.
Ipso in vestibulo belli (quæ maxima labes)
Peccatum est: justo nihil est molimine, justo
Ordine adornatum: sed quicquid in ebria corda
Incidit, id subito arreptum, subitoq; repressum est.

Sic ubi cepta minus vellent succedere votis:
Non secus atq; Feras vim duro ex verberè passæ
Degener in latebras adigit timor; ad sua rursum
Muli posthabita Sociorum sorte suorum
Limina reptarunt, seseq; dedere quieti,
Fatum accusantes, & consilia tempora fati.
Id cepit exitiū est, hæc tantæ causa ruina.
Non quenquã incuso, quando hæc sunt omnia nostros
Ante oculos interq; manus: sunt obvia cunctis

Sed ceptosne hæc nos deliria semper habebunt?
An sic hostili capita oblectare furcri
Pergemus? iugulumne ipsi præbebimus ultro
Barbaricis manibus? Majus an gloria nostris
Excidit omnino ex animis? abjecta Nepotum
Spesne omnis? nunquid, Patria? lacrimabilis, audis.
Qui tua subsidia implorent vel fera, tuosq;
Abijciant sese ante pedes? non plena tumultu
Dalmatia interno; non Paones omnibus armis
Exsuti fidei immemores propriæq; salutis,
Non Rhodii extorres, non aethi in vincula Persæ.

Qui tamen? ecce tui Cives, tua membra, tuusq;
Sanguis

Sanguis, is effuso lacrimarum largiter imbre
Per te perq̄ tuam te supplice voce salutem
Obsecat, ut rabiem, quo non immanior, hostis,
A quo qui miserá spoliati luce fuerunt,
Affecti magno videantur munere, tandem
Non á fortunis, sed jam cervicibus ipsis
Averias. non jam fundit tibi DACIA questus
In clades fauna suas : Arx PVIZIA capta est,
Quá propugnaclo Vicinia fertilis usa est
Iam quinquaginta & centum feliciter annis.
Captum & terribili direptum cæde SISECYM est,
Captum est THRESINIUM, capta est P
TRINIA : nutat
Vndiq̄ funestis modò cincta SAGABRIA turmis.

Ter jam fortuná mage, quàm virtute VIENNA
Martia defensa est : hanc conferto agmine rursum
TVRCA petit recto pede, speq̄ instatus avará.
Iamq̄ illa ardebit bello, nisi Dextera tantam
Avertet vim sola DEI, tuq̄ excita tandem
Hunc Murum, hanc clavemq̄ tuam firmabis adactio
Robore : inundabit jam cædibus illa nefandis,
Stupris antè lacesitis, ferro, igne, rapinis.
O miseram rerum faciem ? ó Germania Mater
Væ tibi, si cessas & tempestas ingruit atra,
Robora compréndunt sopiti incendia belli :
Erumpit flammarum acies : jamq̄ Austria supra
Carpitur hac, Bavarumq̄ extremis tractibus ora,
Hæc modò Marcomanis infra, exhaustisq̄ Silestis
Incubat, ab fortunatis cultu ubere terris ?

Iamq̄

Iamq̄ oculos (adverte) tuos mordebit ab omni
Parte volans fumus nimium hei caligine densa.

Dormitum est nimium, dormitum est turpiter :
Evigilare tibi placeat, Germania, tandem. (ergo
Pande oculos, tua fata vide : memor esto salutis
Ipsa tua. Pax est res jucundissima, dulce est
Conjugium, dulcis soboles, vicinia dulcis,
Vsus amicorum dulcis : dulcissima rerum
Copia ; cuncta tamen quàm sint jucunda, carendo
Disimus hei potius, gratá quàm mente fruendo.
Finge igitur, (verum ó liceat tibi fingere saltem !)
Ante tuos mactari oculos carissima lecti
Pignora, spem Generis ; raptari ad funera Matres,
Raptari vxores ad supra necemq̄, puellas
Fædari innuptas Matrum ad latus, oraq̄ Patrum.
Non miserum est, non triste mori, lethove domari.
Sed velle & non posse mori, miserabile fatum est,
Ferre potestatem hostilem, ludibria Gentis
Indomitæ execranda pati, tolerare tacendo
Omnia, que statuit rabidi exitiosa libido
Victoris, multò hæc quovis graviora fatetur
Quis non supplicio? hæc fieri (procul absit at omen)
In gremio jam finge tuo, horroremq̄ sub imis
Concipe visceribus : sic tot crudelibus ausis
Prævenies Virtute tuâ, roburq̄ sepultum
Tam longâ annorum serie redeunte vigore
Excuties. miserum est, tamen exoptabile, serd
Vel damno sapere accepto : nec desipit ille,
Quem facit alterius meliorem injuria causse.

B 5

Nuno

Nunc verò imprimis presenti pectore, firmis
Nunc opus est animis: deterrere finibus hostem
Nunc tempus: scivit toto Furia horrida regni
Corpore Pannonii: quatit arces, oppida, Muros,
Rura, metuq; gradus ad te velocius ipso
Promovet, & dudum quam spe latrante voravit
Teq; tuumq; caput petit, & tua viscera Prædo
Vasanus. verum tunc hoc pati? tot urbes
Registias, longos tot conservata per annos
Mœnia, tot Delubra DEI, tot tecta Scholarum,
Tot fora, tot beneculta Novalia Miles habebit
Barbarus? ô tantam DEVS hinc avertito pestem.
In cursu est fundi exitium: petit arva Tyrannus
Iam tua, iam terras, iam cælum territat armis,
Iam demum ingentes animos, jam brachia tollit
Pulværa jam spirat, rigido jam fulminat ense.

Ergo si qua tuæ tangit te cura salutis,
Insita si qua tuis est ferrida flamma medullis,
Ardet quæ IESVM, Cujus tu funere vivis,
Siq; hostem illius, qui non repetenda piorum
Vocibus eructat tot jam convicia seclis,
Nullo odio insequeris; tandem consurge, Veterum
Exute, sume animos, arma arripe, rumpe periculis
Collectasq; acies contra irrupentia præduc
Agmina: quæ tibi sit virtus, ostende, quis ardor.
Quæ pietas: atq; hoc fac experiatur in anno
Sarracena lues, quantum Germania possit.
Si te nulla movent instantis signa ruinae,
Signa tamen cali sint argumenta malorum.

Hæc moveant: Deus Ipse facies, Deus arma ministrata
Quid stellam, toto quæ sese præbuit anno
Spectandam infausta sub sidere Cassiopæe
(Iam, memini si ruit, ætas vigesima lapsa est)
Designasse putas? caruit non omine lævo.
Naturæ contra nam Cui sum exorta repente
Ore novo fulsit, primum incrementa capessens
Mira, dein lentè deflagrans igne, colorem
Sanguineum ostentans, quali fax Martia gaudet.
Sat nemo ignotam nota inter sidera flammam
Mirari potuit: Stupor omnes cepit, & horror.
Omnes, sidera quorum ex cælestibus artis
Indicijs melior stabat sententia menti,
Hanc demum elapsis viginti circiter annis
Omen in effectum tracturam in Teutonibus ord.
Aseruere pii. Quas non Conjunctio seclis
Palantium stellarum octo magna illa præivit
Insignes toto orbe vices, dum Machina mundi
Hæc stetit, aspectus qualis discrimine nostros
Terruit opposito, jam vix octava recessit,
Annis in pejus per fata ruentibus, Aestas.

Cur toties imo concussa est viscere nuper
Terra? quid his credis portendi motibus Orbi?
Tu Fasces evolve tuos Germania; disces,
Fundamenta Soli nunquam tremefacta gementis
Effectu caruisse suo, sed semper atrocis
Ex alijs alios Eventus esse secutos,
Et segetem hæc nimium gravidam exonerasse laboribus.

In terram toties cur vis Neptunia nuper

servit

Saruit ex alto? factis ceu montibus imbres
Vincula ruperunt fluviorum: ebullit Albis
Spumeus, iratus Viader, Regnator Aquarum
Ister, opuraq; haeres: plenis ferme omnia fossis
Rura nata verunt: pecudumq; hominumq; secuta
Hei quanta strages! fluitare cadavera campis
Vidimus apricis humana: natare tenellos
Vidimus infantes, cunas, currusq; Domosq;
Vastatae segetes, vastatae Mapalia passim;
Et quae plura? horret mens comeminisse: quid autem
Hanc trahere Eluviem crebram, haec densa agmina
aquarum,

Patria maesta, putas? verumne, quod ille Propheta
Maximus afflatu dio praedixit, habendum: (quanta est
MULTAE VNDAE, multi populi? ab non vana se-
Vnquam dicta fides Vatum, nec vana sequetur.

Iamq; advertendum, iamq; omni ex parte cavendum
NE VOX ista tuos petat evertatq; penates. (est,

Hei nimium multi jam jam longo agmine passim
Stant in procinctu populi, suprema minantes
Excidia: Incumbunt armis: his undiq; inundant,
Hunnorum infelix hinc sanguine campus inundat.
Ab longas ne nocte moras: nunc tempus agi res.
Hostis obit jam (crede) tuos Germania fines,
Iamq; manum septis infert, jam Milite complet
Omnia pugnaci late loca: turget, & urget,
Vrit & usq; furit. Tu ne contemne furentem.
Contemto dat enim poenas plerunq; cruentas
Contemnens: animosa phalanx est Thracia, nescit
Illa moras: dextris, & Equis pernicibus uti

Iam

Iam pridem didicit: totis nisi viribus obstas,
Transiliet tua septa Larro: non callidus unum
Furcifer ad te aditum novit: compluribus illi
(Proh dolor) ex latebris lato patet ore Fenestra.

Rumpe rebellatrix igitur Germania tandem
Rumpe moras. Satis est cessatum: turpe periculo
Turpiter exhausto stultas emittere voces;
Hac ecquis paullo ante superventura putasset?
Quam nunc multa queri posset viduata tot amplis
GRÆCIA muneribus? quam multa ipsissima Christi
Patria, Gensq; potens? quam multa miserrima tur-
Pannonie, cuius partiri nobile regnum (ba
Iam Scythicae inter se furia ardent: vana sed omnis,
Quae sequitur damnū, & fata accersita, querela est.

Tempore cuncta suo gaudent. pax haecenus Vr-
Obsedit tranquilla tuas: nunc Martia tempus (bes
Signa sequi: imperium haud satiabile crapula gessit
Haecenus, atq; Cadis pugnatum est undiq; plenis;
Nunc sibi Sobrietas regnum, nunc anxia cura
Vendicat: antiquae sunt sacra peracta Vacuae
Haecenus: ad rigidos nunc Mars ignava labores
Corda manusq; trahit: fas exercere choreas
Haecenus, inq; iocis risusq; resolvere linguas,
Et genio indulgere fuit: nunc tempus in hostem
Corpora magnanimo certatim tollere saltu,
Inq; preces linguas, fletusq; resolvere vultus.
Haecenus est visum lucro invigilare, rapinis,
Et corradendis opibus: nunc promere multum
Condita: Marti sua nunc stipendia iusto

Pendere,

Pendere, nunc Capiti sua debita solvere tempus
Caesario, tempusq; DEO sua: Numen utriq;
Majestas & inest, quam nulla licentia stupret.

Pone modum culpæ, corruptos exue mores,
Seriaq; exactæ fastidia concipe vitæ
PATRIA, si qua vides: odiorum bella facestant
Clandestina, simultates, suspicio mordax,
Rixarum Seges; & quis cuncta examina fando
Expediat scelerum? Proteres, tua sidera, fulcras
Propugnacula, tui Patres, Sociiq; peruli,
Exemplo præeant aliis: magnum instar in illis.
Non est tanta, Duces, quovis in crimine labe,
Pestis in exemplo quanta est: imitamina format
A vobis sibi quisq;, putat pulcrum omne, quod usq;
Vos divulgastis vestro: replicare laborum
Si vacet Annales veterum, res ipsa probabit,
Qualescunq; Duces, Regesq; fuere, fuisse
Tales & populos: meruit jam trita fidem vox:
Rex & Grex idem: nec enim sic frontis imago
Exprimitur speculi orbe novi, quam Regula morum
In vulgo apparet Procerum. CONCORDIA Regnum
Regnorum est Nutrix, & lactea Mater honorum.
Huic cultus impende sacros; hanc, perdita si non,
Ambabus retine manibus, socia arma precesq;
Robur habent Socia: Virtus vnica vigoris
Plus tenet, ac dispersa procul: Concordia firmat
Omnia: quò tendam, quid ni, mea Patria, nosset?

Algam igitur veluti, quâ non est vilior herbas
Purgando assuevit præceps elidere Pontus:
Haud

Haud minus & nevos non tantâ in gente ferendos
Eluc: placentur tandem pietate sacrarum
Fata Deusq; precum: tua sunt, Ecclesia, nempe
Arma preces: primo hæc nixu cape fortiter arma,
His omnis Legio tua communita cohortes
Explicet, inq; truces justo ruat impete Turcas,
Quâ globus iste Harpyiarum densissimus urget.
His rumpenda via est armis. Ite ergo phalanges
Ite metû posito: feret hæc audacia laudem.
Desperata salus nec enim jacet omnis: habemus
Nostrâ à parte DEVM: præcisa potentia nondum
Cuncta tui: nondum Gens ô celeberrima cunctas
PERRIGNARA cohortes, MAHMETI subdita fictis
Cultibus attrivit vires, nec & atteret unquam:
Quin prius ipsa tuo cadet audacissima ferro.

Stat sua namq; dies etiam, stat terminus illi,
Quem DEVS indixit pia per præfagia, rerum
Conscia, fatidici primo Daniels ab arô.
Hic Vates TEMPVS p imiùm, post tempora, tandè
Dimidium quoddam præscripsit temporis illi.
O Vatem! ô fatum! restant solatia nobis, (mus.
Qui vitam à Christo, regnum, & grave nomè habe-
Iam metuendus Arabs medium indignantibus astris
Excessit cursum: Tria cornua cornibus atrox
Sustulit aratis: habeat, servetq; sepulcro.
Olli nulla magis, Romani in corpore Regni,
Sella thronusve patet: si quid tentabit in orâ
Tentonia, si quid raderet, velut battenus intra
Vngarie

Ungariae gremium misere, si strinxerit artus
Mater amica tuos, si quid deglutiet ex te,
Ultimus hic illi bolus, fex ultima restat;
Nimirum ut commissa luas, vibicibus huius
Ex merito fueris si castigata Magistri.

Sed tu, cara Parens, in brachia Numinis almi
Irrue, teq; ipsam, tractasq; impune tot annis
Castigato moras, mores, & inertia corda.
Forfitan excuties hoc tandem triste Flagellum
Ultrici Superum Dextra: namq; omnia castis
Indulgent precibus, Vita & melioribus orsis.
Tu fac officium, quoniam te justus in hostem
Fert dolor: auspicijs aderit, qui singula certo
Temperat arbitrio. fremat ille tricorniger Antri
Heres Tartarei: fremat Orcus, & arbiter Oris:
Seruabit tamen ipsa DEI clementia sanctum
Victa sibi Semen precibus, neq; deseret vaquam,
Quos fuit Vnigenae mercatus sanguine Nati,
Quos videt esse SPOS: per Eum superabitur hostis.
His munita armis fer te in tua praelia; differ.
Nil magis, insano quondam vox excidit ore
Victoris SELIMI: seris dum Tentones instant
Consilijs, longoq; coquunt molimine bellum,
Partior Flumnum campos ego, partior urbes,
Partior Vxores, sobolem, & quodcumq; praebando.

Ab ne hanc tam crudi vocem experiare Tyranni
I contra: nullum generosa ingloria mortis
Formido egregijs cogat desistere ceptis.
Vngula, Carcer hians, & stridens lamina flammis
Tormen-

Tormenta, atq; omnis poena Mors ultima lusus
Sunt modò Christicolum, fortunatiq; triumpho.

Lex est certa, semel vitale relinquere lumen:
Quid si fatalis decreta hae hora fuisset,
Qua quis in hostili subito vitam agmine fudit?
Morte vacat non punctum horae: latet illud, coq;
Deterius, multos non ensis hosticus hausit,
Nec tamen in placido vitam efflavere grabato.
Hunc rapit ex alto casus: huic propria tristem
Infert dextra Necem: subit hic lacrimabile fatum
Fortè ex insidijs, vel ob aurum, vel quoq; ventrem
Famineum, vel lite aliqua pendente, vel unam
Ob vocem, & quis tot diversa pericula mortis
Dinumerare queat, tot fata? atq; obsecro, quoniam
Hae vita est, dubio quam currimus orbe per Orbem?
Vestigemus eam, & paulò propiore recessus
Intuitu illius finem penetremus ad ipsum,
Ne mors horrorem cordatis imprimat ausis.

Sequens humanae vitae adumbratio alio loco
ab Authore edita fuit, hic singulari studio à re
praesenti non alieno reposita.

Vita catenati est quasi turgens Arca Laboris,
Immenso errorum labyrinthus in Orbe, palastra
Plena periclorum, tellus infausta Ferarum
Turpe receptaculum, Mons ruptus, & hispida vallis,
Caligans spelunca, palus limosa, Nemusq;
Vepribus intortum, campus lapidum aggere biulcus,
Desertum horribile & vastum, regio invia densis
C
Sensibus,

Sentibus, herbosum, crescens, & amabile pratum
Vipereis plenum sed monstris, anguibus, hydris.
Est hortus sterilisq; simul florensq; subinde,
Est fons, unde fluunt mordentes pectora curæ,
Est imber lacrimas oculis fluviosq; ministrans,
Est arumnarum Mare, gurges, & ampla vorago

Vita humana quies est anxia, dulce venenum,
Inconsulta animi securi cura, laborq;
Irritus, infelix conatus, stulta voluptas,
Infaustum pondus, spes victa & ficta, metusq;
Degener, est risus stolidus, cordata phrenesis,
Fabula laticia fallentis imago, dolorq;
Verus, amor falsus, suspirium inane, tumultus
Plausibilis, sapiens rabies, confusus & ordo,
Solicitude necans, trepidatio frigida, prudens,
Deliramentum, prudentia cæca surendi,
Copia inops, dives paupertas, vita venustum
Dedecus, & deforme decus, fors dura, Salusq;
Ægra, vorax morbus, vis imbecillus, libido
Accelerans clades, ingloria gloria, honosq;
Languidus, infamis laus, excellentia rerum
Fictilis, ascensusq; humilis, descensus & altus,
Nobilitas obscura, vigor brevis, Ancora Nutans
Est vas rimosum, pertusus sacculus, antrum
Declive, immundumq; specus, sentina malorum,
Hanus inescatus, sitis insatiabilis, hydrops
Perpetuus, fallax desideriumq;, Cupido
Infinita, tenax Vncus, lima acris, opertum
Rete, rigens scopulus, tempestas horrida, turbo

Pulverculus

Palverens, dubii murmur mutabile venti,
Impetuosus aqua fluctus, pelagusq; sub omni
Parte procellosum, præmolis Arena, vadosum
Littus, & inconstans portus, sine præside Navis,
Flebile Naufragium, rapidasq; immersio in Undas.

Vita Domus fraudū, scelerumq; cloaca, Caminus
Irarum, puteusq; odiorum, carcer opacus,
Hospitium insidum, Regnum Crucis, Area Mortis.
Vita humana brevis furor, amens plausus, amara
Dulcedo, querulus clamor, gemitusq; superbus,
Forma fugax. Vita est species fugitiva, caducus
Flos, ventosa fides, anceps fortuna, recurrens
Nausea, ridiculus vita ambitus, avius error,
Lubricum iter, freno sine luxuriosa juventus,
Et committenti baculo sine curva senectus.
Vita sodalitiis damnosa catena trabendis,
Musica Sirenium, Crater Circeus, adherens
Lappa, scaber Tribulus, putris structura, fatiscens
Fundamen, tectum labens, angustia lata,
Murus hians, brevitatis proluxa, volubile saxum,
Vita manens cursus, statio malefida, Tyrannis
Blanda, loquax torpor, concors discordia, fallax
Fictaq; Amicitie probitas, simulataq; Virtus.
Vita nocens Lis est, & non revocabile bellum,
Perfida pax, dolus occultus, violentia aperta,
Simplicitas fucata, latens ignavia, præceptus
Nugarum lusus, dementia callida, perdens
Nequitia, insurgens est artis opinio, nulla
Integra cognitio, morsus quo conscia falsi

C a

Mens

Mens teritur, fax peccati, stimulusq; Dolorum.

Vita humana fragor vulgi est strepitusq; potentis
Est locus exitii, Lemurumq; habitatio turpis,
Luciferi imperium, praepostera cura, suiq;
Crudelis Neglectus, opum irrequieta cupido.
Vita est segnities operosa, culinaq; pinguis
Vermiculorum imo reptantium Viscere terra,
Larva nitens, Vitrum fragile, est Tentatio summa
Vita haec est pulcrum nihil, est aerumna superba,
Splendida de vivis Majestas exequiarum,
Est longum funus, moriens est vita, simulq;
Mors spirans, est vana, levis, brevis, impia pompa,
Deniq; vita haec est (docet experientia) multo
Deterior, quam quis (licet omnes vertice Musas
Evocet Aonio, Phabo quoq; praeside) possit
Digerere in numerum. hanc ergo relinquere lucem
Cum restet melior, pro libertate salutis,
Pro patria, quid pro patria? pro nomine Christi,
Cui grave sit, quem cura nova tenet altera vitae
Quis fato meliore queat occumbere? honesta
Mors est, quae Marti caeso non corde litatur.
O Mors dulcis lucrum, non Mors sed janua vitae es!
Tu cladesq; febresq; fugas, tu vulnera tollis,
Tu curas, tu damna, famemq; sitimq; repellis.
Quin illa ipsa dies, quae fati lege suprema est,
Aeterni Natalis erit, Concurritur hora
Momento; aut cita Mors cum viva est obvia laude,
Porrigit aut viridem merito victoria palmam.

Hanc etiam causse Bonitas, Germania, spondet
Nota

Nota tibi: nec enim Mavors absorbet avarus
Vno omnes victu: nec dissimulare necesse,
Quae Res ipsa loqui visa est. Non semper honore
Successuq; tua dextero caruere cohortes
Contra hostes Christi, si quando ad praelia ventum est.

Exigua o quam saepe Manus numerosa fugavit
Agmina Turcarum. Testis in S A U E, voraxq;
CULPA, o culpa Necis Multorum Nuper (ut amos
Praeteritos taceam) calido tu sanguine Thracum
Nunquid inundaisti? quantum illud, non ita nuper
Millia quod septem focis Exercitus armis
Christigenum fudit, septem vix agmine caesis
Nostrorum ex omni: sed quo pugnante, fugante,
Defendente? DEO. Quod si te exempla movebunt,
Si tandem incipies alys succurrere, qui nunc
Pro Te, arisq; focisq; tuis sua corpora dura
Obijciunt morti: DEVS idem in vota vocatus
Idem aderit (confide) tibi: aspirabit honori,
Fortunisq; tuis: tum pax te longa reviset.

At tibi si porrò dextraq; oculosq; tenebant
Impietas, secura quies, Vecordia, luxus;
Audi, si qua tibi est auris, non obsita prorsus,
Audi inquam: invadet subito te barbarus hostis,
Ante tuosq; oculos tremulam, tua viscera, Prolem
Allidet saxis, aut in vagitibus ipsis
Transadiget strictis mucronibus, arma cerebro
Ostentans conspersa tibi, aut corpuscula palo
Affiget miseranda: toros tibi polluet: inde
Ipsa adeo vxoresq; tuae Nataq; nefandos

C 3

Infeli-

*Infelicibus ab parient tibi nixibus hostes
Sanguine deq; tuo sic auras imbibet ille,
Cujus cede tuus fundatur postmodò sanguis.*

*Mens horret mea, lingua stupet, vox faucib. haeret.
O descende in te mea Patria, collige mentem,
Quo res summa loco. thalamos en publica secli
Damna tuos intrant: patet ampla fenestra ruinae.*

*Pande oculos tandem dulcissima Patria, tandem
Casus disce tuos presentes, disce futuros.
Inveterato omnis sera est Medicina dolore.
Porrigit usq; etiamdum frontē OCCASIO, rerum
Illa Ministra potens: ne tergum vertat, AMICAM
Amplexu dignare tuo. si respuis illam;
(Vera Poëta loquar) te tadia sera sequentur.
Det meliora Deus: Vivat tua cura RODVLPHVS:
Pallulet aeterno Scnij RYTA inscia flore,
Vivat ATESTINÆ Flos, Germen & vtile Stirpis,
Martis & artis Honos HENRICVS IVLIVS, av
Gloria postremi prima, & non ultima merces.
Vivat in hanc laudem reliquorum maximus ordo
Teutonia HEROVM: redeant decora alta Parentū.
Vivat in Eventum spes, Eventus premat hostem;
Hostis ab Eventu, quid non sit vincere, discat;
Victor ab Eventu doceat, quā viceret arte,
Inde triumphales statuas GERMANIA Pompas.*

FINIS ORATIONIS.

VOTVM

VOTVM PRO
PEMPTICVM BONIS
AVSPICIIS.

ILLVSTRISSIMI PRIN-
CIPIS AC DOMINI, DOMINI
Augusti, Ducis Brunsvicensis ac Lunæburgen-
sis, Mille Equitum Ducitoris, in Vngariam
contra irruptiones Turcicas
Militatum euntis
Sacrum.

EODEM AVTORE.

Qui Chlamydatas Eques? quas tam pulcro ordi-
ne turmas,
Quod secū agmen habet? quæ sese ostentat in armis?
In patrio tollit quæ signa volantia campo? (dor?
Quidnam AVGVSTE paras? quod te via, quod rapit ar-
Sed quid ego scitor, quasi pax placidissima nostris
Dormiat in thalamis, altam carpatq; quietem?
Æstuat hei rapidis belli Vicinia flammis,
Contiguusq; ardet Paries: Germania toto
Iam pridem armorum sonitus audivit olympo.
Iam crepitant enses, jam vasto ignita boatu
Tormenta effringunt muros: Dux Thracius, hostia
ille DEI ac hominum, cunctis jam viribus agros
Sævit in Vngaricos, petit oppida, rura, penates,
Excidiis, igni, stupris: nil linquit inausum,

6 4

Teuto-

Teutonia ut, Duce Marte, pedē cepto inferat anno.
Iam directæ acies, jam campis agmina apertis
Prælia prima, SECUNDA ineunt, Martemq̄ laceffunt.

Ergo etiam Pietas Patriæ, atq̄ heroica Virtus
Huc te, AVGVSTE, vocant? I Dux juvenilibus ausis
Non impar: Duce carpe viam, carpe Auspice Christo
Arma memor laudum, quas rebus fortiter actis
Majores meruere tui: spem nulla recentem
Præcidat formido tibi, quæcumq̄ manebit
Te belli fors (nam dubius Mars errat in armis)
Nulla tuam poterunt abolere oblivia famam.

Si sic fata velint, ut te hosticus hauriat ensis,
(Sed pia vota ferent aliud) commune subibis
Tot Ducibus fatum, tot divis Regibus, atas
Quos non una tulit: vives post funera vives,
Æternosq̄ tibi gratus impendet honores
Posteritas: quod si dextra victoria dextram
Iunxerit æqua tuæ, bonitas notissima causæ
Ceu sperare jubet, quæ tandem evecta triumphat;
GLORIA victricem nunquam moritura Coronam
Intextet generose tuis, AVGVSTE, capillis.
Tum Civis Patriæ atq̄ omnis Germana Juventus
Certatim in laudes, & plausus ora resolvent,
Et Pæana canent, & verba precantia jungent:
O quàm te Reducem post tot suspiria leto
Accipimus vultu? tibi quæ sat digna favore
Dona rependemus, Gentis quod nomina nostræ
Illustras virtute tuâ & præstantibus ausis.
Te non Luxus iners, te non Vecordia molli

Affixit

Affixit Lecto: potior tibi Gloria CHRISTI,
Libertas Patriæ fuit, & Marvortia Virtus.
Tu spem vicisti peregrinam, & vota Tuorum
Tu Decus omne tuis. vive ô Dux excite tantis
Bellonæ auspiciis, vive ô vive optime Princeps.

Hæcne audis AVGVSTE? viam felicibus ergo
Ingredere auspiciis: neclit jam Gloria Sertum
Intemerata tibi. Tutali es Stirpe creatus,
Quæ mediocre nihil tot jam volventibus annis
Gessit: habes Regum vestigia prævia, quin &
Cæsarum, origo tui Generis quos edidit olim.
Vel solum OTTONEM, qui robore robora fregit
Ottomanigenum, si Marte favente sequeris,
OTTO AVGVSTVS eris. firmet te nominis Omen
AVGVSTE: in sevit tibi præstantissima mentem
Excelsam Natura: vigent in corpore vires,
Inq̄ animo motus: nil prima Inventa negabit.

Ergo age, quàm patriis acer Germanus in armis
Esse velis, atq̄ esse queas, ut sentiat hostis,
Quem sua fata manent, forti cape pectore Christum
Bombardamq̄ manu, sic & melioribus orsis
Irrue in immanes sociâ cum Gente Latrones.
DVX acie in primâ stabit fortissimus ille
Ille unus, cuius pro nomine bella tot annis
Gesta, tot insuetâ qui nuper strage phalanges
Turcarum prostravit humo. Victoria planè
Admiranda DEI toties jam robur & in nos
Propensam ostendit mentem. Spes insidet armis
Serta manu gestans Lauri de fronde virentis:

VOVA

C 5

His

*His Germanorum decorabit tempora, tempus
Si iustum arripient, nec eos victoria praesens
Audaces NIMIVM faciet: iustissima causa est,
Causa DEI est, unquam quam nulla potentia vicit.
Hæc tibi successus spondet Sociisq; secundos,
Inde tropæa feret veterum in Delubra Parentum.*

*I felix AVGVSTE: DEI te Exercitus Arcis
Sideria emissus castris comitetur, & eris
Pannonia adducat saluum, saluumq; reducat
Gratanti Patriæ. Tu perge, unumq; memento:
Qualiacunq; tui fuerint primordia Martis
Tale feret nomen vivusq; & funere versus.
Te maiora manent presentibus inclita Regum
Progenies: tanti mensuram nominis imple.
Quid moneo? jam jam, nisi me duo lumina fallunt,
Sanguis ATESTIVS generoso in corde calescit.*

**DE EODEM ILLVSTRIS
PRINCIPE AVGVSTO.**

*Vivat in augustos AVGVSTVS noster honores:
AVGVSTI quæ sit Dexteræ, Turca sciat.
In cœnâ recitatum.*

**ERNESTVS D. B.
E. L.**

*Excellentes Regum Natura Est, Si Tria Vitant,
Sævitiâ, Doctrinâ Barbariæ, Et Levitatem.*

AVGV

AVGVSTVS D. B.

E. L.

*AVdaci Gaudet Victoria Sanguine: TV Sis
Ductor Beati Exercitus Lettissimus.*

*Faciebam humillimæ observantiæ ergò, & gra
ti animi, pro beneficiis ab iisdem Principibus
mihi exhibitis, testificandi gratiâ, in itinere
Saxonico, in Rhedâ, Die Mago-
rum. Anno hoc novo
XCIV.*

**SI DEVS PRO NOBIS, QVIS
CONTRA NOS.**

**DE NOCENTISSIMIS
CATACLYSMIS, IVNIO ET IV-
lio Mensibus Anno M. D. XCIII
factis**

**VRANIÆ παρὰ τοῦτος ad Genus
humanum.**

H*Ei quibus illabor celo demissa tenebris?
Hei rerum facies quæ miseranda Solo est?
An prius, ô mores, an clamem, ô tempora! quorsum?
Nemo audit (Gens ô perdita!) nemo videt.
Quid tandem fiet, Natura quod ordine verso
Vultum induta alium vim sibi tota facit?
Non satis, Eclipses Superis lugentibus ortas
Omnibus plenas, hætenus esse malis.*

Non

Non satis, horribiles terram intra viscera motus
Signaq; venturi dira dedisse mali.
Non satis est, magno discordes aethere ventos
Inter se luctas instituisse graves.
Non satis est, cecidisse globos ex nubibus igneos,
Nec spectatores non feruisse suos.
Non satis, insuetâ violentos grandine Nimbos
Prostravisse feris omnia vulneribus.
Et, memori (res vera nimis) quod mente tenendum,
, , Grandinis in quavis mole fuisse typos:
Nempe avulsa humeris capita, enses, scuta, globosq;
Et genera armorum cetera, prompta Neci.
Non satis hæc inquam: quin & Neptunia vis se
In terram exseruit, nil reprimente DEO.
Delapsi calo factis ceu montibus Imbres
Ruperunt vinclis flumina cuncta suis.
Rura nataverunt plenis fermè omnia fossis:
Est data Libertas piscibus ampla nimis.
Prò quantæ strages pecudumq; hominumq; sequuta
Nemo potest similis commemorasse Malis.
Vidimus apricis fluitare cadavera campis
Humana, in formi dilacerata modo.
Vidimus & cunas, currus, cistasq;, domosq;
Et quid è plura vetat commemorare dolor.
Funesta heu facies apparuit omnibus agris:
Nec semel id, nec bis, terre, sed vsq; quater.
Quin nondum finis sit tot pluvialibus undis:
Sidera pœnarum plus minitantur humo.
Nec tum sponte tamen scelerum pertexere telam
Desinis ô hominum Gens, malefida tibi,

Cladi-

Cladibus accumulâs clades, & deniq; cogis
Cogis atrox pœnas multiplicare Deum.
Imò, quò propius te summa pericula cingunt,
Hòc secura magis Vitaq; Mensq; tibi est.
Exitus ecquis erit? Patientia sapius icta
Lesaq; vindictâ fit stimulante furor.
Hæc certè Eluvies crebra, hæc densa agmina aqua-
Non sunt effectu post caritura suo. (rum
Quis scævituram neget in genus omne animantum
Tisiphonem, reprimat vim nisi dextra DEI?
Sicca parit nullos tempestas, humida morbos
Innumeros: sed vix Pœna erit ista satis.
Fata utinam ô utinam non deteriora sequantur:
Pœna trahit pœnam, nullaq; sola venit.
MULTAE VINDAE, MULTI POPULI: sic ausa
Dicere ab eventu religiosa fuit. (Vetustas
Ab non vana fides! tibi Gens TIBI cæca timendû,
Ne modò vox thalamos impetat ista tuos:
Nempe ut Colluvies, instar Torrentis aquosi,
Turcarum in fines irruat atra tuos.
Et nondum pandas oculos, videasq; salutem
Ipsa tuam, exitio jam superante fores?
Quò tandem usq; rues? an non ipsissima summum
Præcessura diem signaq; resq; vides?
Nonne hæc, quæ vero Christus prædixerat ore,
Tempora tristitiæ plena, referta Malis?
Hi nonne undarum strepitus, quos ille notandos
Censuit, in cujus non fuit ore dolus?
Pande oculos, tua fata vide, Christumq; loquentem
Audi nunc etiam; NVNC miserere tui,

Si

Si nondum movet ulla tua te cura salutis :
At celi moveant deniq; te lacrimæ.
Ecce tuos deflet pulcerrima Regia casus :
Ecce tuam deflent cuncta Elementa vicem.
Tu tot aquas Superis extorques : omnia plorant
Astra : DEVS gemitus edit & Ipse suos.
Nil est in rerum Naturâ, vertere mentem
Quod non in melius suadeat ante obitum.
Hæc lamenta vide, has lacrimas, suspiria, planctus
At siccis oculis ista videre cave.
Obvia mox Christo venias dextramq; præhendas :
Corrige te, veniam posce, fidemq; tene.
Nunquam sera bonos ad mores est via : crimen
Quem patrasse piget, crimine pene vacat.
Tempus adhuc, revocare gradum : te collige, cursu
Intende, illecebras effuge, quære DEVM.
Quære, in procinctu est : VENIT, vt te fronde coror
Aut viridi, aut piceas deprimat inter aquas. (net
Quære; Tuum est, his pro lacrimis marentis Olympi
Aut Solem æternum cernere Sede novâ :
Aut hac æternas pro tempestate tenebras,
Flammantes pluvias, sulphureosq; lacus.
Dixi. ó Gens, si te nil afficit, vnica vox hæc
(ÆTERNVM) adficiat : disce, memento Moris

Fac. VIII. Calend. Aug. An. XCII. lacri-
mantibus Musis cum totâ rerum
Vniuersitate.

DIALO-

DIALOGISMVS AD FILIVM DEI,

Factus inter Equitandum, in campo, prop
oppidum Rez, post horribilem Terræ mo-
tum XV. Octob. hor. XI. merid.
Anno XCII.

Nam quid ego ? miserandus homo. quo natus in
orbe ?

In Mundo immundo. quis locus ? Arca luti.
Hac quid ago ? telam peccati texo, retexo :
Quæ Merces ? eheu Mors, Satan, ira DEI.
An spes nulla super ? Christus spes una Salutis :
Sat mihi : peccatum, Mors, Satan, Ira vale.
Christe tibi Capiti, tibi palmes adhareo Viti :
Iam si cunctaruant, sum pie Christe T V V S.

VENI DOMINE IESV
VENI.

FINIS.